



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CIV. Verschreibung des Klosters Diesdorf für seine Conventualin Margarethe von Stesow über das zum Ankauf von Rustenbeck hergegebene Geld, vom 17. August 1351.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

promissimus et promittimus jam dictis Domino preposito olrico, methildi priorisse Totique Conuentui in Dyfstorpe in solidum fide data manu coniuncta firmiter obseruanda nichilominus in hiis scriptis, in huius rei euidenciam clariorem sigilla nostra huic littere de nostro vero concensu sunt appensa. Et nos Conradus et walterus fratres, filii predicti domini weneri militis dicti de Boldensen bone recordacionis, renunciacionem dicte curie Tro comprobantes, et ut omnia et singula premissa rata permaneant et inconuulsa, presens scriptum sigillis nostris in testimonium dignum duximus communiri. Testes huius sunt Dominus Harneydus thesaurarius monasterii sancti Johannis baptiste in veteri vllessen, Johannes sten, hoygerus de tzelle, consules in noua vllessen, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LI<sup>o</sup>., in die prothasii et geruasii Martirum beatorum.

CIV. Verschreibung des Klosters Diesdorf für seine Conuentualin Margarethe von Stesow über das zum Ankauf von Rustenbeck hergegebene Geld, vom 17. August 1351.

In nomine domini amen. Nos olricus prepositus, Mechtyldis priorissa totusque conuentus sanctimonialium in dyfдорpe salutem omnibus in perpetuum. Recognoscimus presentibus lucide et testamur, Quod in christo nobis dilecta margareta dicta de stesowe, procuratrix officii omnium animarum, ad pecuniam datam pro emptione ville Rustenbeke et proventuum eiusdem octo marcas cum dimidia stendalgenis argenti de elemosinis sibi pro deo ac amicorum subsidiis datis plenariter addidit, pro qua pecunia nos prepositus, priorissa totusque conuentus in dyfдорpe prenominate margarete, procuratrici iam dicti officii omnium animarum, de eiusdem ville proventibus tres marcas denariorum annis singulis in festo beati martini, quam diu vixerit, erogabimus, dubio quolibet procul moto. Post vero obitum dicte margarete, procuratrici iam dicti officii omnium animarum procuratrices eandem immediate sequentes, quecunque fuerint ille, predictas tres marcas recipient annuatim, et pro consolacione vnum quartale seruicie (sic) et vnum competens forculum conuentui in dyfдорpe ipso die diuisionis apostolorum distribuunt, vt memoria predicte margarete de stesowe parentumque eiusdem, videlicet hinrici patris necnon helwychis matris eciam de stesowe nominatis, inde die iam dicto jugiter peragetur. Ad huius autem facti perpetuam obseruantiam et euidenciam firmiorem presens scriptum dedimus cum sigillorum nostrorum appensione Roboratum. Sub anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LI<sup>o</sup>., feria quarta proxima post festum assumptionis marie virginis gloriose.